

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**


**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Stultiferae naves**

**Badius Ascensius, Jodocus**

**Paris, 1500**

[urn:nbn:de:bsz:31-65107](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-65107)



Ink.

59 A 3334

Ink

ent  
cu  
nda  
Cū  
pū  
te  
oy sa  
ur Ju  
lun  
seue  
e scā  
ur



Stultiferę naues sensus animosq; trahentes  
Mortis in exitium:



Venales sunt in pellicano Vicj sancti iacobi.



AK

Enlifercaue lenius animo p'ra p'ent  
Montan' eximium

an 59. A 3334

V'entis lunt in p'ellano V'it' l'and' l'acop'

to

...doci Badin  
...bus ad Ang  
... I Ae  
... mer  
...ent: non imp  
...os delectabi  
...im aduerfa  
...bra induit.  
...r debetur  
...per q̄ anxie  
...nequi facer  
...tus alit num  
...one illecti:  
...itur) adm  
...curabiles  
...quam ob ren  
...andandus vi  
...Laudatio  
...oviro q̄ nos  
...dunt institu  
...s qua: tuo  
...ortalibus  
...nos ac maxi  
...onez. Davi  
...bene volup  
...am dixiffe. N  
...mille sibi: con  
...tam: exiguo q  
...te quippe in  
...gnauia fatui  
...entis ratiom  
...trum putes c



In stultiferas naues præfatio.

Iodoci Badii Ascensii: in stultiferae nauis additamētum de quinq; virgibus ad Angelbertuz de Marneſ Cui hanc opellam nauauit: Præfatio

**S**I Aesopus ille e phrygia (vt aulus geli<sup>9</sup> inquit) fabulator: haud i merito sapiēs estimatus est: quoniã que vtilia monitu suasuq; es sent: non imperioſe præcepit et cenſuit: vt philosophis mos est: sed festiuos delectabiles q; apologos commētus: res salubriter ac prospicienter animaduertas: in mentes animos q; hominũ/cum audiendi quadam illecebra induit. Si inquam ille sapienter instituisse comprobatur: non inferi or debetur gloria: neq; minor gratia Sebastiano Brant Alemanno: viro perq; anxie docto: quippe & legum & litterarum bonarum peritissimo: qui faceta iucunda q; cõmentatione: fatuos ac stultos: quorum infinitus aſt numerus: ita erudit et castigat: vt salib<sup>9</sup> eius atq; festiuissimo sermone illecti: non prius in se animaduertere eum sentiant: q̃ (vt de flacco dicitur) admissus circum præcordia ludat: eos q; resipiscentes (si quidem sese curabiles exhibeant) in prudentium sententiam concedere cogat. Quam ob rem tu quoq; angelberte de Marneſ: virorum optime merito laudandus videris: qui ad illius inuentum: apicem hunc apponere curasti. Laudator forsitan futurus: si id muneris a doctiore minusq; occupato viro q̃ nos sumus efflagitasses. Ceterũ ne contra ceteroruz qui aliquid edunt institutum ac morem ipse in hac trutina opus meum eleuem paucis quæ tuo monitu effecerim habeto. Cum animaduertarem primam mortalibus labem potius ex muliebri q̃ ex virili fluxisse stulticia: sapiētissimos ac maximos quosq; et robustissimos viros: vt protoplastum. Samsones. Dauid. Salmonẽ/ eadez irrititos corruisse: nihil sine muliebri sexu plene voluptuosum ac delectabile epicureis visum: dominum quoq; deum dixisse. Non est bonum hominem esse solum faciamus ei adiutoriuꝝ simile sibi: constitui naui stultorum: stultarum quoq; appellere nauiculam: exiguo quidem corpusculo: sed ingentissima (si non fallor) capacitate: quippe in qua humana fere locanda est stulticia. Omnis eniz secordia: ignauia fatuitas: stulticia furor et dementia: ex eo potissimum nascitur: q; sensus rationi peruerso dominantur ordine. de quibus haud absurde dictum putes dauidicuꝝ illud. Si mei non fuerint dominati: tunc immacula



In stultiferas naues præfatio.

tus ero: qua de causa ad stultiferam nauem in qua prima parens eua: nauarcha dicta est: quinque scaphæ singulæ a singulis mulieribus fatuis appellentur: de quibus in parabola de virginibus ait dominus. Quinque autem erant fatuæ. Nam per fatuas illas quinque quæ acceptis lampadibus: ut dicitur. Math. xxv. non sumpserunt oleum secum: non impertinenter accipere possumus quinque sensus exteriores: qui mundanis rebus dediti: in vasis animi nihil olei id est salutiferæ prudentiæ reponunt. Quoniã (inquit iohannes: canonicæ suæ primæ capite secundo) omne quod est in mundo concupiscentia carnis est: et concupiscentia oculorum et superbia vitæ: quæ non est ex patre (scilicet deo) sed ex mundo est. Et mundus transit: et concupiscentia eius. Vnde ecclesiastes capi. primo sic exclamat. Vanitas vanitatum: et omnia vanitas. Nauis igitur hæc prima fatuorum fatuarum quæ omnium est receptaculum: in quam prima parens nostra: prima ingressa est: quinque sensibus morigerando in peccatum lapsa: quæ quia (ut creditur) respicit: dehortatur progeniem suam sensuum illecebris acquiescere. Ille vero contra in scaphas suas omne mortalium genus allicere conabuntur: suauia præsentis vitæ pollicitaturæ oblectameta. Quæ priusquam enumerabuntur de singulis sensibus eorum quæ abusionibus: pro temporis poenuria dicturi sumus: pedestri oratione: ut qui ab utriusque sexus fatuis facile capi desideramus. Rem igitur aggredior. Vale.

Stulto



Stu

R  
P  
on  
fru  
uo dicenti.  
Vilu: quo v  
tuq; delect  
let suaue ad  
ligere porui  
viro suo: q; c  
go. hinc nos  
tatibus: fam  
stibus obno  
nia mortali





## Stultiferæ nauis explanatio

**P**rima igitur inter mortales fatua fuit nimirum prima parens Eua omnium insipientium genitrix: quæ quinque sensibus peccati labem stultitiæque fomitem concepit auditu: quo fidem habuit aduersario suo dicenti. Nequaquam moriemini: & eritis sicut dii scientes bonum & malum Visu: quo vidit quod bonum esset lignum ad vescendum & pulchrum oculis aspectusque delectabile. Tactu quo tulit de fructu illius. Olfactu quia vidit quod esset suaue ad vescendum. quam suauitatem non tam visu quam olfactu tunc intelligere potuit: nondum enim gustauerat. Gustu autem: quia comedit: deditque viro suo: quod comedit. Quo quidem comedente: nata est omnis stultitiæ origo. hinc nos miseri mortales egreditudinibus: mortis: laboribus: anxietatibus: fami: siti: estui: algori: omnibus denique & animæ & corporis pestibus obnoxii sumus. hinc errores. hinc ignauia. hinc moralitas & omnia mortalitatis mala. hinc alii auaricia stulti: alii luxuria: alii ambitione.

a iiii



Stultarum uirginum scaphę seu nauiculę.

alii crapula: alii desidia: alii inuidia: alii ira. hinc deniq; quiq; suos pati-  
mur manes. hinc null<sup>9</sup> sine crimine uiuit. Nullus expers miserię. de qua  
sic plinius lib. vii. cap. i. Cuz omnia exequi humanus nequeat animus:  
principium iure tribuetur homini: Cuius causa uidetur cuncta alia  
gemuisse natura magna & sęua mercede: contra tanta sua munera/  
ut non sit satis ęstimare: parensne melior: an tristior nouerca fuerit. An  
te omnia vnum animantium cunctorum alienis uelut opibus. Cęteris  
uaria regumta tribuit. testas. coria. spinas. villos. setas. pilos. plumā. pę-  
nas. squamas. vellera. Truncos etiā arboreşq; cortice interdū gemino a  
frigoribus & caloribus tutata est. Hominē tantū/nudū & in nuda hu-  
mo: natali die abiicit: ad vagitus statim & ploratū. Soliq; tot animalū  
ad lachrymas: & has protinus in uitę principio. At hercule risus pęcox  
illi & celerrimus ante quadragesimā diez nulli datur. Ab hoc lucis rudi-  
mento q; ne feras quidem inter nos genitas uincula excipiūt & omniū  
membrorū nexus: atq; infeliciter natuz iacet manibus pedibusq; deuī-  
ctis: flens: animal cęteris imperaturū: & a suppliciis uitam auspicat: vnā  
tantū ob culpaş: quia natum est. Heu dementia ab hiis initiis existimā-  
tium ad superbā se genitos. Prima roboris spes: primūq; temporis mu-  
nus: quadrupedi similem facit. Quando homini incessus: Quando uox  
Quando firmum cibus os: Q; diu palpitans uertex: summe inter cūcta  
animalia imbecillitatis indiciū. Iam morbi tot. atq; medicinę tot contra  
mala excogitatę: & quoq; subinde nouitatibus uictę. Cętera sentire na-  
turam suam: alia pernicitatē usurpare: alia pęcetes uolatus: alia vires:  
alia nare: hominē scire nichil permisit sine doctrina. Non fari: nō ingre-  
di: non uesci. Breuiterq; non aliud naturę sponde q; flere. Ita q; multi exti-  
tere: qui non nasci optimū censerent. aut q; ocissime aboleri. Vni animā-  
tium luxus est datus: vni luxuria: & quidem innumerabilibus modis: ac  
per singula membra. Vni ambitio. vni auaritia. vni immensa uiuēdi cu-  
pido. vni superstio. vni sepulturę cura: atq; etiam post mortem de-  
futurę. Nulli uita fragilior. Nulli rerum omnium libido maior.  
nulli pauor confusior. nulli rabies acrior. Deniq; cętera animantia in  
suo genere probe degunt. Congregari uidemus: & stare contra diffimi

Stultorum

la. conum ferita  
pites: ne maris g  
monne homini  
bri cap. vii. Mis  
perbissimi orig  
tū. His princ  
oris uiribus fid  
quidem eius exit  
tu qui te deum  
stiatq; etiaş  
et etiaş ut Ana  
lactis hauustu  
nce pensitabit  
is. Ad quę mu  
b. xiiii. Homo n  
fleris & cętera.  
lus primę stultit  
remus sequaces  
seditum nescia  
mentia erit: ean  
mes ad interit  
am: breuem qu  
ultis calamitat  
nt: contra q; q  
st naufragium  
ndunt: salutis e  
orōne ad milit  
Cogitate cum ar  
re ille a uobis cit  
Sed si qua per  
equiter factum ill  
go stulticiam &



Stultorum sensuum nauis in exitium tendens

lia. leonum feritas inter se non dimicat: serpentum morsus non petit ser-  
pentes: ne maris quod est beluae ac pisces nisi in diuersa genera sequuntur. At hercu-  
le: nonne homini ex homine plurima sunt mala. Hec tibi. Idem eiusdem  
libri cap. vii. Miseret atque etiam pudet estimantes quod sit friuola animalium  
superbissimi origo: cum plerumque obortus causa fiat odor lucernarum ex  
tinctu. His principiis nascuntur tyranni: carnifex his animus. Tu qui cor-  
poris viribus fidis: tu qui fortunae munera amplexaris: & te ne alium  
quidem eius existimas: sed partum. Tu cuius semper in victoria mens.  
Tu qui te deum credis/ aliquo successu tumens: tanti tamen perire po-  
tuisisti: atque etiam hodie minoris potes. Quantulo serpentis ictus dente:  
aut etiam ut Anacreon poeta acino vixisset: ut fabius senator praetor  
in lactis haustu vno pilo strangulatus. Is demum profecto vitam equa  
lance pensitabit: qui semper fragilitatis humanae memor fuerit. Hec pli-  
nius. Ad quae multa sacrae scripturae testimonia afferre possem: ut illud  
Iob. xiiii. Homo natus de muliere breui viuens tempore repletur multis  
miseriis & cetera. Sed quis non vidit humanas miserias: quis non dedit  
illius primae stulticiae poenas? Atque utinam non tam frequentes illius ui-  
ueremus sequaces. summum profecto amentiae indicium. Si etenim uiam cu-  
ius exitum nescias neque periculum feceris: ingredi stultum est: quoniam  
dementia erit: eam ingredi in quam ingredienti nisi reuertantur scimus  
omnes ad interitum tendere. Scimus autem omnes quod qui sensualitatis  
uiam: breuem quidem uoluptatem hic habituri: nec meram tamen sed  
multis calamitatibus atque amaritudinibus immixtam: ad interitum ten-  
dant: contraque qui per baptismalem innocentiam: aut per secundam  
post naufragium tabulam: poenitentiam dico arduam uirtutis uiam as-  
cendunt: salutis aeternae portum contingant. Vnde dicit Marcus cato  
in oratione ad milites numantiae habita ut recitat Aulus gellius lib. xvi. ca.  
i. Cogitate cum animis uestris: siquid uos per laborem recte feceritis: la-  
bor ille a uobis cito recedet: benefactum a uobis dum uiuetis non absce-  
det. Sed si qua per uoluptatem nequiter feceritis: uoluptas cito abibit:  
nequiter factum illud apud uos semper manebit & cetera. Fugiamus  
ergo stulticiam & audiamus primam parentem: ita queritatem.



Euę prothoplastę ad cunętos mortales elegia.

**D**iscite mortales miserę lamenta parentis  
Et procul a nostra vertite vela rate.

Illa ego quę fueram nulli subiecta ruinę:

Nec visura malum: nec subitura necem:

Quę genitura viro pulchram sine cirmine prolem

Inq3 puerperio leta futura meo:

Quęq3 immortales fueram visura nepotes

In paradisiacis ludere colliculis:

Mox rapienda: deo sic imperitante: p alta

Sidera in ętheram glorificata domum:

Illa inquam: vt vetitum malis absumere pomum

Ausa fui longum tollor in exilium.

Prima etenim dubię damnosa pericula nauis

Stultorum ingredior stultitię q3 par ens.

Nam quia diuinã perii stultissima mentem

Destinor exitio posteritalq3 mea.

Immensos subigor pariens tolerare dolores

Nec cum virgineo gignere honore datur.

Hei mihi fallaci quę cessi credula viprę

Frena q3 non po sui sensibus ipsa meis.

Nuda per ignotas cogor tranare procellas

Nescia quem portum: quę ve habitura modum.

Nam q3 supercilio si me deus ipse tremendo

Condemnare velit: commerui interitum





Stultarū virginū scaphæ seu nauiculæ  
Sed ventura meę virgo est haud conscia culpe.

Contritura tuum perfida vipra caput.

Queę quia supremo gnatum est paritura tonanti:

Commoda iustitię vincet origineę

Nam neę peccato quondam maculabitur villo:

Nec deerit queęuis gratia verbipareę.

Currite foestino foelicia sæcula cursu:

Vt nouus in terris conspiciatur adam.

Interea iugi pulchram certamine palmam:

Contra stultiferas queęso referte scaphas.

Scapha stulteę visionis ad stultiferam  
nauem peruehens





Stultarū virginū scaphæ seu nauiculæ

Primæ scaphæ stultiferæ: quæ per visum stultum ad interitum ducit explanatio.

**P**rimo loco de visu eiusq; stultiçia dicere constitui: q; is cum sit subtilissimus & minimū materialis ad diuinum officium proximè accedere faciat: quod græci omnia videre & contemplari esse ex eo putantur voluisse: q; apud eos deus ipse theon quasi contēplator & oim inspectōr appellatur. Theoreo enim contēplor: & theorema siue theoria contēplatio dicitur. Is autē est de quo Gen. i. scriptū est. Vidit deus cuncta quæ fecerat: & erant valde bona. Verūtamen cuz ipse omnia videat: inuisibilis tamen est: oculo quidem mortali: nisi quātum ipse sese visibilem præbeat: cuius quidem visio visiq; consummata fruitio: summū illud bonū: quæ beatitudo dicitur nō immerito nuncupatur. de qua diuinus apostolus. i. Corin. xiii. Videmus (inquit) nunc p speculum in enigmate: tunc autem facie ad faciem. Et ales ille cęlestiū in terris contēplator maximus. primæ canonice suæ cap. iiii. Scimus qm cū apparuerit similes ei erimus qm videbimus eū sicuti est. Dixi subtilissimū esse visum. quia vix quisq; philosophorū quid sit deprehendere potuit. Vnde Aulus gelius libro. v. ca. xvi. De videndi ratione deq; cernēdi natura diuersas esse opiniones philosophorū animaduertimus. Stoici causas esse videndi dicunt radiorū ex oculis in ea quæ videri queunt emissionē: aeris q; simul intentionē. Epicurus effluere semper ex omnibus corporibus simulachra qdā corporū ipsorū: ea q; sese in oculos inferre: atq; ita fieri sensum videndi putat. Plato existimat genus quoddam ignis lucisq; de oculis exire idq; coniunctū continuatūq; vel cū luce solis: vel cū alterius ignis lumine: sua vi & externa nixū efficere: ut q; cunq; offenderint illustrauerintq; cernamus. Sed & hic ea quæ differimus imaginandū. Eiusdēq; illius enniani neoptolemi de quo supra scripsimus: consilio utendū est. Qui degustandū ex philosophia censet: non in eā ingurgitandū. hec ille. Peripatetici autē cęsent visionē fieri intro suscipiēdo. Videmur tñ cū perfecte qd inspicimus: potius emittere nescio qd visuā potentiā cernentis q; suscipere. Sed hæc philosophi disgramt mihi satis est ostēdisse adhuc incognitā esse videndi potentiā: q; illi p



Stultarū virginū scaphæ seu nauiculæ

fectissime exercetur vbi plurimū est luminis: donec illi haud impar fuerit: quod nō alibi esse dicā: q̄ vbi sol iusticię & lux illa vera que etiam in tenebris lucet: & illuminat oēm hoīem venientē in hunc mundū: x̄ps dominus noster: patri coęqualis in coęquali gloria cōspicitur. Proinde vt creaturarū p̄xima queq; cælo est: ita perfectissime videre putatur: p̄tractalpe & vermiculi qui in terris degunt: oculis capiūtur tanq̄ indigni tā p̄stantis muneris beneficio. Quocirca tā demētes atq; insani sum⁹ qui tanto beneficio donati: terrenis inhyamus: terrena cōtēplamur: terrenisq; fruimur: cū tñ id beluarū esse etiā ethnicus testetur poeta dicens metamorphoseō. i. transformationū primo. Pronaq; cuz spectēt aialia cetera terras: Os hoī sublimē dedit: cęlūq; videre Iussit: & erectos ad cęlū tollere vultus. Ceterū quia vt excellētissima queq; potētia: bene vtētib; optima est: ita ab utentibus pessima: nō ab re p̄catur diuinissimus p̄pheta dicēs. Auerte oculos meos: ne videāt vanitatē. fecerat em̄ eius rei periculū. Qui dū berfaben incautior videret in adulterii & nephandissimi homicidii crimē delapsus erat. Incredibilis enī est rei visq; vbi delectat in animū q̄si per fenestrā quandā penetratio. Vsq; adeo vt doctissimus poetarū in georgicis dicat: vritq; videndo fœmina. Si qdē videndo. i. dū videtur masculorū aīos amoris incēdio inflāmat. Quapropter in bucolicis idē misere depereuntē sic exprimit. Sepibus in nostris parua re rosida mala (dux ego vester erā) vidi cū matre legētē. vt vidit perii: vt me malus abstulit error: hoc est post q̄ te sic vidi: o qualiter perii: qualiter me malus error. i. insanus amor abstulit. i. a ratione ac sensu alienauit. q. d. nō possem verbis consequi. Neq; veru indigne ferendus est si tanti thesauri periculosa est possessio & difficilis custodia. In tantū autē difficilis est ipsius visus custodia: vt saluator noster p allegoriam sic cōsulat nobis Math. v. Si oculus tu⁹ dexter scandalizat te erue eū & p̄ice abs te. Expedit em̄ tibi vt pereat vnū membrorū tuorum: q̄ totū corpus tuum mittatur in gehennam ignis. Et causam p̄posuerat dicens. Quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendā eam: iam moecha tus est eam in corde suo. Dixi autē per allegoriam id dominum dicere. Non enim vt oculum carnalem eruas: sed vt eius abusus compescas ad



Stultarū virginū scaphæ seu nauiculæ

monet. Sumus enim membrorū nostrorum ad diuina obsequia concessorum gubernatores non domini. Nonnulli tñ ethnicorū philosophorum: ne quod nolint videre cogantur visum sibi ademerūt: vt democritus: de quo Aulus gelius lib. x. cap. xvii. Democritū inquit philosophū in monumentis græcæ historiæ scriptum est: virū præter alios venerandū auctoritateq; antiqua præditum: luminibus oculorum sua sponte se priuasse: quia existimaret cogitationes cōmentationesq; animi sui in contēplandis naturæ rationibus vegetiores & exactiores fore: si eas videndi illecebris & oculorū impedimentis liberasset. Id factum eius modūq; ipm quo cecitatē facile solertia subtilissima consciuit: laberius poeta in mimo quem inscripsit rectiorem: versibus quidem satis munde atq; graphice factis descripsit. Sed causam voluntariæ cecitatis finxit aliam: vertitq; in eā rem quam tum agebat nō incōcinitē. Est enim persona quæ hoc apud laberium dicit diuitis auari & parci: sumptum plurimū luxumq; & pōpinationem adolescentis filii deplorantis. Versus laberiani hi sunt.

Democritus abderites: phisicus philosophus: clypeum

Constituit contra exortum hiperionis: oculos

Effodere vt posset splendore græo: ita radiis

Solis: aciem effodit luminis: malis bene

Esse ne videret ciuibus. sic ego

Fulgenti splendore in pecuniā volo

Lucificare exitum græti meæ

Ne in re bona videam esse nequam filium. Hec ille. Quia vero nec visu carere nec eo abuti bonum est: prudenter vtamur necesse est. Quod vt diligentius faciamus: qui & quales abusi sint paucis percurramus.

Duo autem sunt ipso visu abutensū genera: alterum eorum qui aut illicite aut illicita vident: alterum eorum qui vt illicite uideantur accurāt In priori genere primum locum dare possumus lucifero: qui cum in speculo diuinitatis videret: quid ceteris præstaret creaturis: nossetq; creaturam aliquādo (vt quidam dicunt) a dextris altissimi confessuraz: dicebat in corde suo: illud Esaię. xiiii. In cælum conscendam: supra astra dei exaltabo solium meum: sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis.



### Stultarum virginum scaphę seu nauiculę.

Ascendam super altitudinem nubiu[m] similis ero altissimo. Vbi subdit p[ro]pheta. Veru[m] tamen ad infernum detraheris in profundu[m] lacu[m] & cętera. Secundum aut[em] complicibus eius: de quibus subditur ibidem. Qui te viderint ad te inclinabuntur neq[ue] prospicient. Tertium vero prothoplastis hominibus vidit enim mulier q[uod] bonu[m] esset lignum ed vescendu[m]: & pulchrum oculis & aspectu delectabile. Vidit aut[em] vir ipse miserim[us]: q[uod] mortua no[n] esset quę comederat mulier: vnde vt illi morę gereret & accepit & comedit. Quartum primogenito eoru[m]. videns enim cayn: quia respexit dominus ad abel & ad munera eius: ad se aut[em] & ad munera sua no[n]: iratus est vehementer & concidit vultus eius. nec requieuit donec p[ro]fidias euocatum interfecit fratre[m]. Quintum filiis dei qui videtes filias hominu[m] q[uod] essent pulchre. acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerunt. Sexrum egyptiis qui videru[n]t mulierem scilicet sarai: q[uod] esset pulchra nimis: & nunciaueru[n]t p[ro]p[ri]etates pharaoni: qui & eius specie captus est: sicut postea etiã abimilech. Septimu[m] sodomitis: qui visis angelis quos viros putabant: abuti volebant. Octauu[m] vxori loth: quę respiciens post se versa est in statuam salis. Et vt in fabulis est euridice vxori orphei: quę respiciens post se retracta est in infernum. Nonum dina[m] & raptori eius siche[m]. Egressa est em[en] dina filia lyę vt videret filias regionis illius: quam cu[m] vidisset siche[m] filius Emor enei princeps terre illius: adamauit eas & rapuit: & dormiuit cu[m] illa: vi opprimens virginem. Decimu[m] vxori phutitaris quę post multos dies oculos suos in ioseph qui erat pulchra facie & decorus aspectu iniecit: & ait dormi mecum & cętera. Vndecimu[m] marię & fratri eius aaron moysi inuidentibus. Duodecimu[m] israhelitis quę videntes filias moabitarum speciosas cognoueru[n]t eas. Decimutertium Samsoni qui ascendit in rhamata viditq[ue] ibi mulierem de filiabus philistinu[m] quę placuit oculis eius & cętera. Decimu[m] quartu[m] assuero: cui[us] nota per concupiscentia[m] oculoru[m] est libido. Decimu[m] quintu[m] dauid regi p[ro]pter male vitam bersaben. Decimu[m] sextum ammoni p[ro]pter sorore[m] thamar. Decimu[m] septimum Salomon[i]: p[ro]pter innumerabiles fere concubinas: quę auerterunt cor eius. Deniq[ue] omnis fere animorum stultitia ex visu illicito sortitur originem. In secundo aut[em] genere eoru[m] videlicet qui illicite videri volunt: innumerabiles sunt fatui & fatuę. Quę na[m] mu-

obsequia concel-  
oru[m] philosopho-  
erunt: vt democri-  
uit philosophus  
alios venerandi  
sua sponte se pi-  
nisi suu[m] contē-  
eti eas videndi il-  
tus modiq[ue] ipm  
tus pota in mmo  
de atq[ue] gophice fa-  
liam: vntiq[ue] in tā  
na quę hoc apud  
luxumq[ue] & po-  
iani filium.

Quia vero nec visu  
esse est. Quod vt  
ercurreremus.  
im eorum qui aut  
videntur accurat  
equi eum in spe-  
offeratq[ue] creatu-  
effuraq[ue] dicebat  
tra astra de exal-  
ribus aquilonis.



Stultorum sensuum scaphæ seu nauiculæ.

lier hodie tam pudica: quæ per speciem suam si non polluit: laudari tñ & concupiscit non desideret: Quota quæq; natiuo decore: proprioq; colore p̄tenta: nullũ phucũ adhibet: nec miseris animis captãdis laqueos construit: Quot eius rei in sacris codicibus: quot in apocriphis compendias exempla: Sed vt cetera taceam: graphicũ illud ramesi notissimuz salomonis prouerbii. vii. adducã testimoniu3. De fenestra inquit domus meæ per cancellos prospexi iuuenem & video paruulos. Considero recordem iuuenem: qui transit per plateas iuxta angulum & prope viam domus illius graditur in obscuro aduersperascente die in noctis tenebris & caligine. Et ecce occurrit ei mulier in ornatu meretricio præparata ad decipiendas animas. garrula & vaga: quietis impatiens nec valens in domo consistere pedibus suis: Nunc foris: nunc in plateis: nunc iuxta angulos insidians. Apprehensumq; deosculatur iuuenem & pro caci vultu blanditur dicens. Victimam pro salute deuoui: hodie reddidi vota mea: idcirco egressa sum in occursum tuuz desiderans te videre: & repperi. Intexui funibus lectuluz meũ: strauitapetibus pictis ex egipto: aspersi cubile meum myrrha & aloe et cinamomo. veni inebriemur vberibus: & fruamur cupitis amplexibus donec illucescat dies. Non est em̄ vir in domo sua: abiit via longissima. Sacculum pecuniæ secum tulit in die plenę lunę reuersurus est in domum suam. Irretiuit eũ multis sermonibus: & blanditiis labiorũ protraxit eũ. Statim eaz sequitur quasi bos ductus ad victimam: & quasi agnus lasciuens & ignorãs: & nescit q̄ ad vincula stultus trahatur: donec trãssigat sagitta secur illius: velut si auis festinet ad laqueũ & nescit q̄ de periculo animę illius agat. Nunc ergo fili audi me: & attende verbis oris mei. ne abstrahatur in viis illius mens tua: neq; decipiaris in semitis eius. Multos enim vulneratos deiecit: & fortissimi quiq; interfecti sunt ab ea. Vię inferi domus eius penetrantes interiora mortis. Hęc ille: quibus nescio an quid magis graphice dictuz legerim. habent enim præter patentem omnibus dulcedinem: occultos nervos ex naturæ penetralibus depromptos: quale illud simulatæ religionis venenum: quo nichil presentius animos inficit: Reddidit inquit vota mea. Quale q̄ reuersurum dicit virum in die plenę lunę significãs



Stultarum virginum scaphę seu nauiculę.

q̄ callida insidiatrix in nouilunio egressa sit cuz imbecillissima est. sed ta-  
 men pronissima ad coitum natura. Quale illud exemplum. Quasi bos  
 ductus ad victimam. Is etenim potissimū apud gentiles ducebatur non  
 trahebarur. solutus enim erat vinculis: malum omen indicans si inter sa-  
 crificandū subterfugeret: ducitur ergo quasi sponte sua ad necem bos:  
 & lasciuiens ad interitum: gestiens & saliens vt lasciuiens agnellus. Qua-  
 le præterea illud. donec transfigat sagitta iecur eius. Secundum enīz phi-  
 sicos: cogit amare iecur: & secunduz poetas: sagitta cupidinis. i. dei amo-  
 rum: alterum telum est. Præter quæ sunt & alia multa deliciosissime &  
 doctissime dicta: sed michi pergendum est ad institutum. vt vero ethnī-  
 ca quoq; afferam exempla. Capta est infœlix dido quia venus filio suo  
 æneę letos oculis afflarat honores: quos illa imprudenter aspexisse vi-  
 detur quia hærent infixi pectore vultus. Capta est pasiphae amore tauri  
 Semiramis eq. Phillis demophoētis: Enone paridis. & Paris helenes  
 Deniq; omnes infœliciter amantes quia imprudenter quod amare nō  
 debebant inspexerint philocapti sunt. Quid enim aliud heroïdes hero-  
 esq; cōqueruntur apud Ouidiū. Quid aliud comœdię: quid tragœdię  
 quid etiā verę canunt hystorię q̄ q̄ ex imprudenti incautoq; aspectu  
 miserī mortales laqueis amorum irretiti sint. Quem aliū fructuz assequi-  
 tur auarus q̄ q̄ congestis nummis potest illis tanq̄ piētis gaudere tabel-  
 lis: Quo regales pompe; Quo mulierum expetunt formę: nisi vt insatia-  
 biles oblectentur oculi: cum tamen dicat Iuuenalis raro est concordia  
 formæ atq; pudiciæ: Cōsideremus ergo lectores optimi q̄ fatui sint q;  
 obscœnas picturas prostibulis dignas thalamis suis inferunt: & oculis  
 obiiciunt: vt cœnaturi & dormituri: habeāt quo ardeant. Q̄ imprudē-  
 tes qui vxores & filios præter conditionis suæ qualitatem exornant vt  
 meretrices fiant aut animas perdāt. Q̄ dementes: qui in templa ad que-  
 deum placaturi conuenire iubemur: conueniunt meretrices aut mere-  
 tricio ornatu cultas visuri & animas suas occisuri: deumq; indignissi-  
 me q̄si in domo & in pspectu sanctoq; aspectu ei⁹ offensuri. Quib⁹ ex-  
 trema linea amare cū phedra Terētiano aliqd videt. & certe aliqd est: ga-  
 aiarū interit⁹. Ceterū si visio stulta q̄ pmę scaphę stultiferę nauarcha. i. p̄



fecta est: omnes huius generis stultos acciperet: opus eēt nauī vel argoā  
qua argonautę vecti dicuntur longiore: & archa noe capaciore. Sed au-  
diam us celestia. i. inuitationem eius nauticam.

Celustia visionis fatuę scaphę primę nauarchę

**Q**uid tantum stupida trahitis pigra oia mente  
Idalię ciues: en citharea vocat:

Nunc florent siluę: nunc formosissimus annus:

Omnia nunc genio preſto vacare suo.

Gratia cum nimphis geminisq; sororibus: audet

Confociato viris ducere nuda choros.

Cypria bistonio venus optat brachia marti

Tendere: dum questus fert philomena suos.

Collige virgo rosas dum flos nouus et noua pu bes:

Et memor esto æuum sic properare tuum.

Iam subrepet iners ætas nec amare licebit

Nec gaudere bonismors dabit attalicis.

Quid similem flauo crinem tam compseris auro

Quando aderit vetulę sordida canicies:

An iuuenem teneris nihil est vincire lacertis

Cui venus et veneris cura/cupido fauet:

Eya age rumpe moras implent dum carbasa venti

Atq; secunda suas nereis addit opes.

Ad veneris campos teneris vbi pulchra puellis

Corpora iunguntur: nostra carina vehit.



Stultorum sensuum scaphæ seu nauiculæ.

Illic pasiphae tauro oblectatur amato:

Atq; semiramidem concomitatur equus.

Illic quæq; suo secura potitur amore

Nec sentit tacito tempus abire pede.

Illic blandus amor mollisq; proteruia cunctis

Et vultus quales ardeat hippolytus

Forma quibus cæris non est imitabilis vllis

Non phuco aut arti: non medicaminibus

Nil sandix roseo: nihil hic cerussa nitenti

Conferat: hic siquidem nascitur omnis honos.

Purpureas qui forte rosas et lilia iustis

Mensura: numero: pòdere: miscuerit:

Cuncta q; calluerit: quæ zeusis nouit ad artem

Commoda: natium vix simularet opus.

Ergo petos oculos ad dulcia munera flecte

Dum q; vocant venti scande puella scapham

Non procul est portus: triduo permixta choreis

Aurea sidereis corpora conspicias.

b





De auditu eiusq; stultis.

**N**unc de auditu eiusq; stultis michi sermo habendus est: cuius secundum visum haud dubie & vires & munera sunt. magna etenim pars beatitudinis: qui status omnium bonorum aggregatione perfectus a boetio describitur: in auditu consistit. Qui etenim oculos a vanitatibus auerentes caste vixerunt: non solum visionem singularem habebunt: verum etiam cantabunt quasi canticum novum quod dicere aliorum nemo poterit. neque minus de auditu eiusque obiecto quam de visu addubitarunt philosophi: Unde Aulus gellius dicto lib. v. cap. xv. Vetus atque perpetua questio inter nobilissimos philosophorum agitata est. corpus ne sit vox an a somatibus incorporatum. Corpus autem est aut efficiens aut patiens. Quam definitioem significare volens lucretius ita scripsit. Tangere enim aut tangi nisi corpus nulla potest res. Alio quoque modo corpus esse greci dicunt: triplici dimensione distans. Sed voce stoici corpus esse contendunt: eamque esse dicunt

rum acra.  
cussus inqu  
citer plaga a  
men vocem  
fiat. Democ  
stare dicunt  
verborum ap  
leos: cum au  
tum aliquo so  
ernianum ne  
stum est pau  
tionibus quod au  
plato admi  
preesse: cor  
pus ac mod  
tuz musicor  
ginus anim  
Creditum h  
doleant: tu  
nuperrime  
scire modul  
bitur de pel  
rinam fuisse  
hominum me  
& corporu  
documque sp  
ram: & per  
Recedebat e  
modulorum  
ribus fabulis  
cis & siluas &  
nevi coniug





ectus est: cuius se  
unt. magna eze  
s aggregatione p  
oculos a vanita  
ulare habebunt:  
emo poterit. ne  
ritur philosophi  
ena q̄stio inter  
an alomanus  
s definitioem  
gi nisi corpus  
triplici dimen  
ne esse dicunt

### Sulte auditionis scapha.

istum aera. Plato autem non esse vocem corpus putat. Non enim per  
cussus inquit aer: sed plaga ipsa atq; percussio vox est: non tamen simpli  
citer plaga aeris vox est. Nam digitus quoq; aerem percutit: non ita ta  
men vocem facit. Sed quanta plaga: & vehemens & tanta vt audibilis  
fiat. Democritus ac deinde epicurus ex indiuiduis corporibus voces cō  
stare dicunt. Eamq; vt ipsis eorum verbis vtar. Reuma logon. i. flumen  
verboruz appellant. Hos aliosq; tales argute delectabilisq; desidie acu  
leos: cum audirem<sup>9</sup> aut lectitarem<sup>9</sup>: neq; in his scrupulis aut emolumē  
tum aliqd̄ solidū ad rationē vitę pertinēs: aut finē vllū q̄rendi viderem<sup>9</sup>  
ennianū neoptolemū probabamus: qui profecto ita ait. Philosophan  
dum est paucis naz omnino haud placet. Hęc ille. Tantū aut musicis ra  
tionib<sup>9</sup> q̄ auditu percipiūtur veteres tribuere philosophi vt diuinus ille  
plato admirabile cęlis cōcentū inesse: singulisq; spheris singulas sirenas  
preesse: corporisq; atq; animę compagē non sine musicis numerationi  
bus ac modulis constitutam dixerit. Quinetiam modulationem a crepi  
tuz musicorū instrumentorū: egro malisq; spiritibus obsessio mederi le  
gimus animo. de qua re Aulus geli<sup>9</sup> lib. iiii. cap. xiiii. sic scriptum reliquit.  
Creditum hoc a plerisq; est & memorię mandatū: ischiaci cum maxime  
doleant: tum & modulis lenibus tibicen incinat minui dolores<sup>!</sup>. Ego  
nuperrime in lib. theophrasti scriptū inueni viperarū morsibus tibicinē  
scite modulateq; adhibitu mederi. Refert & democriti liber qui inscri  
bitur de pestibus aut rationaliū regula: plurimis hominū morbis medi  
cinam fuisse inentiones tibiarū. Tanta prorsus est affinitas corporibus  
hominū mentibusq;: & propterea quoq; viciis aut medelis animorum  
& corporum. hęc ille. Ad quę addere possumus illud. i. Reg. xvi. Quan  
docunq; spiritus domini malus arripiebat saul: Dauid tollebat citha  
ram: & percutiebat manu sua: & refocillabatur Saul & leui<sup>9</sup> habebat.  
Recedebat enim ab eo spiritus malus. Propter huiusmodi incredibilez  
modulorum in animos audientium penetrationez datus est locus plus  
ribus fabulis multisq; historiis. Orpheus enim in multis poetarum lo  
cis & siluas & feras ad se traxisse & flumina ne fluant continuasse: Pluto  
nē vt coniugem reddat: omnesq; pœnas inferoruz intermitrat thraicia

bii



Stultarum uirginum scaphę seu nauiculę.

fretus cithara fidibusq; canoris dicitur. Quam rem horatius ad histori-  
am referens dicit de arte poetica. Siluestres homines facer interpretesq; de-  
oruz Cędibus & victu fędo deterruit orpheus. Dicitur ob hoc lenire ri-  
gres rabidosq; leones. Itę amphion dicitur sonitu lyre conuocasse la-  
pides ad constructionem murorũ thebanorũ: quod fictum est quia du-  
ros homines: ad eorum constructionez: & civilem concordia compul-  
lit vnde sequitur ibidem. Dicitur & amphion: thebanę conditor vrbis:  
Saxa mouere sono testudinis: & prece blanda Ducere quouellet & cęte-  
ra: Arion autem dicitur vectus dorso delphini modulatione eius capti-  
de quo Aulus gelius libro. xvi. cap. xix. Celeri ad modũ & cohibili orati-  
one vocũq; filo tereti & candido fabulam scripsit herodotus super fidi-  
cine illo arione. Vetus inquit & nobilis arion cantator fidibus fuit. Is  
loco & oppido methymneus: terra atq; insula omni lesbius fuit. Eum  
arionę rex corinthi periander amicu; amatũq; habuit artis gratia. Is in-  
de a rege proficiscitur vt terras in dyltas Sicilia; atq; Italia; uiseret. vbi eo-  
uenit aures omniũ mentesq; in vtriusq; terre; vrbibus demulsit. In que-  
stibus istis & voluptaribus amoribusq; hominum fuit. Is tamę postea  
grandi pecunia & re bona multa copiosus corinthum instituit redire.  
Nauem igitur & nautas: vt notiores amicioresq; sibi corinthios delegit  
Sed eo corinthios homine accepto: nauicę in altuz proiecta: pde pecu-  
nięq; cupidos cepisse consiliũ de necando Arione. Tũ illuz ibi pnicie in-  
tellesta: pecunia cęteraq; sua vt haberent: dedisse: vitã modo vt parce-  
rēt sibi: orauisse Nautas precũ eius harũ cõmiseritum esse illatenus: vt ei  
necę afferre p vim suis manibus non tentarent: sed imperauisse: vt iã sta-  
tim coraz desiliret pceptus in mare. Homo inquit ibi territus: spe omni-  
vitę perdita: id vnum postea orauit: vt priusq; mortę oppeteret indue-  
re pmitterent sua sibi indumenta: & fides capere: & canere carmę casus  
illius sibi consolabile. Feros & immanes nauitas prolubiũ tum audien-  
di subit: quod orauerat impetrat. Atq; ibi mox de more cinctus: amictus:  
ornatus: itansq; in summe puppis foro: carmen quod orthriuz dicitur  
voce sublatissima cantauit. Ad postrema cantus: cuz fidibus ornatusq;  
omni sicut stabat canebatq; eiecit sese procul in pfundũ. Nautę haud

quaę dubi  
Sed nouu  
vndas ad  
corpore &  
prorsus ex  
delphino  
Regem iste  
tas requisit  
sent in iis lo  
inde irent i  
onibusq; v  
esse. Tum  
quibus se  
ire inficias  
fabule arg  
nus vehem  
hementia:  
bis significa  
ciorum au  
ant: que d  
submergel  
lata comp  
fanaq; pri  
uitandum  
malum fun  
bus & ar  
admoneba  
tim cessau  
tis in nau  
ęre orbe in  
dine omni  
lum colliga



Stultarū virginū scaphæ seu nauiculæ

quaꝫ dubitantes quin perisset: cursum queꝫ facere cœperant tenuerunt  
 Sed nouum & mirū & pium facinus contigit. delphinum repente inter  
 vndas ad nauisse: & dorso super fluctus edito vestauisse: incolumiqꝫ eū  
 corpore & ornatu: tēnarum in terrā laconicam deuexisse. Tum arionē  
 prorſus ex eo loco corinthum petiuisse: talemqꝫ per iandro regi: qualis  
 delphino veſtus fuerat: sese obtulisse: eiqꝫ rem sicuti acciderat narrauisse  
 Regem isteꝫ parū credidisse: arionē quasi falleret custodiri iussisse. Nau  
 tas requisitos: ablegato arione dissimulanter interrogasse: ecquid audis  
 sent in iis locis vnde venissent / super arione: Eos dixisse: hominem quū  
 inde irent in terra italia fuisse: eumqꝫ illic bene agitare: & studiis delectati  
 onibusqꝫ vrbium florere: atqꝫ in gratia pecuniæqꝫ magna fortunatum  
 esse. Tum inter heꝫ eorum verba arionē cum fidibus & indumentis cuz  
 quibus se in salū ei aculauerat extitisse. Nautas stupefactos conuictosqꝫ  
 ire inficias non quisse. Eam fabulā dicere lesbios & corinthios atqꝫ esse  
 fabulę argumētū: qꝫ simulachra duo ꝑnea ad tēnarū viferentur. delphi  
 nus vehens: & homo insidens: heꝫ iterū ille. Mira ergo cantationis ve  
 hementia: quod omniū ingeniorū (vt plinius dicit) fons homerus no  
 bis significauit vbi prudentē virum quē nobis per vlyxem significat so  
 ciorum aures cera obturasse dicit: vt surda aure syrenum cantus transe  
 ant: quę dulcedine cantus pretereuntes in soporē trahebant: & sopitos  
 submergebāt. Id autē significauit Odyſſeę lib. xii. vbi eius verba sic tran  
 lata comperi. Sunt autem ipsius vlyxis ita de cyrce solis filia loquētis. Ip  
 sa nāqꝫ primū diuinarū sirenū vocem: & floriferū earum pratū nobis e  
 uitandum præcipit: soli michi vt eā audiam cōcedit: sed vos me arte ad  
 malum funibus ligabitis: qꝫ si forte vt me soluat is iussero: tū vos pluri  
 bus & arctioribus me vinculis implicetis. hoc ego pacto singula socios  
 admonebam. Interea nauis cito cursu sirenum inſulę propinquauit: sta  
 tim cessauit: & placida tranquillitate deus vndas ſtrauit. At socii colle  
 ctis in nauivelis: remis ordine dispositis mare ſulcabāt. Hic ego magno  
 cęre orbe in partes confecto: & nauibus & vi solis qꝫ primuz mollito: or  
 dine omnium aures obstruxi illi me vicissim manibus pedibusqꝫ ad ma  
 lum colligarunt. Dum vero tantum ab insula abessemus quantum leni



A Stultorum sensuum scaphis dehortatio.

remorum pulsu vox exaudiri posset: minime eas e propinquo nauigan-  
tes latuimus: sed statim cantare per quod suauiter orse sunt. huc ades in clyte  
vlyxe: magna achiuorum gloria: hic nauem sisse ut nostram vocem au-  
dias. Nemo enim vnquam hac iter fecit: quin nostri cantus suauitate demul-  
ceretur: qua oblectatus & plura doctus a nobis dimittitur. Haud enim  
nos fugit: quid apud magnam troiam greci simul & troiani deorum vo-  
luntate gesserunt. Scimus preterea quicquid in alma terra agitur. Sic sua-  
uissima voce canentibus: ego audiendi cupidus sociis ut me soluerent:  
superciliis annuens iubebam. At perimedes & eurylochus ab remis qui-  
bus incubebant properantes: plurimis me vinculis implicuerunt: ita ta-  
nto percurso spacio: ut non amplius earum voces audirentur: amota a so-  
ciorum auribus cera ipsi me soluerunt & cetera. Sirenes autem secundum fa-  
bulas ut inquit Seruius: tres in parte virgines fuerunt: in parte volucres  
acheloi & calliopes musae filiae: harum vna voce: altera tibiis: alia lyra ca-  
nebat. Et primo iuxta pelorum post in capreis habitauerunt: quae ille-  
ctos suo cantu in naufragia deducebant. Secundum veritatem meretris  
ces fuerunt: quae transeuntes quam deducebant ad egestatem: his fictae sunt in-  
ferre naufragia: has vlyxes continendo deduxit ad mortem. Haec serui-  
us de cantu sirenum sic ait Virgilius. Sirenes varios cantus acheloi pro-  
les Et solis miros ore ciere modos illarum voces: illarumque musa monebat  
Omnia quae thymele carmina dulcis amat. Quod tuba: quod litui: quod  
cornua rauca fuerunt. Quodque foraminibus tibia mille sonat Quodque  
leues calami quod suavis carat & edon. Quod lira: quod cythare: quod  
moribundus holor. Illectos nautas dulci modulamine vocis Mergebat  
aui de fluctibus ionis. Sanguine siphio genitus se magnus vlyxes Et tu-  
tos solida prestitit arte suos: illeuit cera sociorum callidus aures: Atque su-  
as vinculis prebuit ipsa manus. Transiuit scopulos & inhospita litora  
classis Ille precipites dissiluisse freto. Sic blandas vocis notas: sic carmina  
vicit Sic tandem exitio monstra canora dedit & cetera. Harum nomina qui-  
dam ponunt. Parthenope leucosiam & lygia A parthenope nomen sumpsit  
ea ciuitas quae nunc sicut ab augusto vocata est neapolis. i. noua ciuitas  
appellata est. Nisi satis prolixus iam essem: dicerem de vi incantationis

quibus q  
Quinade  
nam. Ne  
aut qui a  
rum phi  
est. quia  
dicit. i. di  
serpentes  
afigere a  
incramen  
ad eum a  
ad hebre  
eum qui  
mis offer  
salutem f  
finitus q  
genera: al  
qui quod  
insaniunt  
genere su  
pestifera  
sunt omni  
nes & bla  
aut liben  
vocis len  
peruecti  
cha celest

Q



Stultę auditiōnis scapha.

quibus quid circę: quid medea valuisse dicuntur longum esset enarrare. Quina deo vt in bucolico dicitur Carmina vel celo possunt deducere lunam. Ne quis tamen omnino poeticū putet nec magos egiptios norit: aut qui apostolorū temporibus viguerunt: aut quibus in lege romano rum phibetur ne fruges in alienū agrū pelliceant: norit certe omnibus est. quia (quod maro quoq3 dicit) cantādo rūpitur anguis. Cantando dicit. i. dū incantatur. Ideoq3 dicitū est a saluatore/ Estote prudentes vt serpentes. fertur enim serpens dū incātatorem sentit: alteram aurē terrę affigere: alteram cauda obstruere. Quotiens præterea sirenes. i. veneris incantamēta nos blandiciis incitant: debemus ad malum crucis alligari & ad eum aures conuertere: qui pro nobis dicit sitio. Et qui (vt apostolus ad hebreos cap. v. dicit) in diebus carnis suę preces supplicationesq3 ad eum qui possit illū saluum facere a morte: cum clamore valido & lachrymis offerens exauditus est pro sua reuerentia. Ceterū quia pauci quę ad salutem faciunt libenter audiūt: Contraq3 multi quę ad perditione3: in finitus quoq3 est huiusmodi stultorū numerus: quorū duo quoq3 sūt genera: alterū eorū qui aut illicita aut licita illicite audiunt: alterum eorū qui quod audire debeant aut negligunt aut contemnunt. Neq3 minus insaniunt qui non audienda dicunt: aut vt dicantur scribunt. In vtroq3 genere sunt protoplasti: qui salutiferam domini vocem audire nolētes pestifera serpentis sūbila audiuerunt. In vtroq3 præterea aut saltem altero sunt omnes qui uerba carnalia: scurrilia qui scōmata. Diſteria. detractio nes & blasphemias. Mendacia. periuria & huiusmodi alia aut proferūt aut libenter audiunt. Innumeri autem sunt qui musicis instrumētis: aut vocis lenocinio aut amatoris canticis in scapha3 stultorum stultarūq3 peruecti ad inferna deducti sunt: quam ut uitemus: audiamus nauar chę celeusma.

Celeusma auditiōnis stultę ad auditus oblecta-  
menta mortales inuitantis.

**Q**uatenus aonios modulos fugietis amusi  
Surdiduliq3 uiri:

b iiii



Stultarum uirginum scaphę seu nauiculę.  
Ecce vocant zephyri sub amœna uireta fororum  
Pieriumq; latus  
Murmure iucundo resonāt ubi saxa peresa  
Fluctibus assiduīs  
Et volucres piētę repetunt per gramina notos  
Ingenuosq; modos  
Quos nequeant thamyras & methymneus arion  
Aequiparare cheli:  
Cedat thraicius natiuis cantibus orpheus  
Pindaricęq; lyre  
Cedat & amphion dirceus: cedat olímpus  
Cedat & ipse linus  
Et cum terpandro cedat crinitus ioppas  
Terpsicoriq; fides  
Et timotei cedant: & blanda chironis  
Barbata nubigenę  
Cedat & archadicus deus: & patareus apollo  
Thespiadumq; chorus  
Et lyrici cuncti cedant: & mascula sappho  
Quicquid & artis erit  
Cedat & xolides quantumuis doctus: in arma  
Aere ciere viros  
Nam canit hic toto mundo gaudente filenus  
Parthenoq; noua.

Cantat &  
Ae  
Hic mor  
Di  
Hic imm  
Co  
Proinde  
H  
Cras si cu  
C





Stultarū virginū scaphæ seu nauiculæ  
 Cantat & ipse sua triton sub littore concha  
 Aeolidę interitum  
 Hic moribundus holor queruleq3 canunt philomenę  
 Discipulasq3 docent  
 Hic immortalem perducunt gaudia vitam  
 Consona carminibus  
 Proinde viri suaues: blandumq3 genus mulieres  
 Huc properate citi  
 Cras si cum zephyris non dissonet vnda secundis  
 Carbasa strinxerim us.

Scapha olfactionis stultę





Stultorum sensuum scaphæ seu nauiculæ.

**S**ensus quidem olfaciendi non minus quàm audiendi mirabilis est cum itidem dubitare liceat quid sit quod ab floribus ceterisque rebus odoriferis ad organum perfunditur. Ceterum cum eiusmodi inquisitio parum utilitatis afferat: tantummodo recitauero quæ Aulus Gelius lib. xix. ca. ii. de hoc & de ceteris sensibus scripsit: & sunt hæc. Quinque sunt hominum sensus per quos voluptas animo aut corpori queri videtur: gustus/tactus/odoratus/visus/auditus. Ex his omnibus quæ in modice voluptas capitur: ea turpis atque improba existimatur. Sed enim quæ nimia ex gustu atque tactu est: ea voluptas (sicuti sapientes senserunt) omnium rerum foeditissima est. Eosque maxime qui duabus istis beluinis voluptatibus sese dederunt grauissimi vitii vocabulis greci appellantur acolasos. id est libidinosos & intemperantes acratos id est incontinentes. Istæ autem voluptates duæ gustus atque tactus. id est libidines in cibos atque venerem prodigæ: solæ sunt hominibus communes cum bestiis. Et idcirco in pecudum ferorumque animalium numero habetur: quisquis est his ferinis voluptatibus peruinctus. Ceteræ ex tribus aliis sensibus proficiscentes: hominum esse tantum propriæ videntur. Verba super hac re Aristotelis philosophi scripsi: ut vel autoritas clari atque indyti viri itaque infamibus nos voluptatibus deterreret. Interpretantur autem sic. Cur incontinentes eos appellare solemus qui voluptate contrectandi aut gustandi exuperantur. Nam qui modice re utuntur veneria & qui luxu delectantur ciborum incontinentes vocamus. Ciborum tamen non eadem ratio est: sed partim linguam: partim gulam suauitate. Unde philoxenus gruis cololum a diis immortalibus sibi dari optabat. At vero qui in videndo audiendo ve modum excedunt: non eodem vocabulo significamus. An quoniam voluptates sensibus his accommodatas communes cum ceteris animalibus habemus. Ergo ut communes spernimus & notamus: solasque omnium aut maxime probro damus. Itaque hominem his deditum reprehendimus & incontinentem intemperantemque appellamus: quod victus a tenerimo voluptatum genere ducitur. Sed quoniam sentiendi genera quinque sunt cetera animalia duobus tantum quæ modo diximus voluptatem sibi accipiunt: ceteris vel nichil omnino delectantur: vel per accidens ita afficiuntur.

Quod enim  
fructus. C  
delitit no  
tiq3 sumu  
Quis igit  
eundi atq  
Socrates q  
rent: sese b  
coitu vene  
comitalé  
tis est in o  
fere ad sol  
Peccat tr  
adorado a  
toplasti et  
nulli roma  
hiis aut reg  
adhibet. C  
frui indec  
te fruamur  
no p̄cios  
nemus no  
nra & cete

Accelerat  
Vos in  
In quibus  
Mellif  
Quicquid  
Vecta



Stultarum virginum scaphę seu nauiculę.

Quod enim videt aut olfacit: tantisper gaudet quoad gustus tactus ve  
fruiscať. Cũq; genus id ip̄s ꝑcupiscendi expleuit: illorũ quoq; suauitas  
deliit vt nobis balsamēti odor qm̄ indigemus suauis est: vbi satiati reple  
tiq; sumus: amplius suauis non est. Rosę autem odor semper suauis est  
Quis igit̄ habens aliqd̄ humani pudoris voluptatibus istis duabus co  
eundi atq; comedendi q̄ sunt homini cu3 sue atq; asino cōes gaudeat:  
Socrates qd̄ ē dicebat m̄ltos hoies ꝑpterea velle viuere vt ederēt & bibe  
rent: sese bibere atq; eē vt viueret. Hippocrates aut̄ diuina vir scia: De  
coitu venereo ita existimabat: partē eē quandā morbi teterrimī quē nr̄i  
comitalē dixerē. hec̄ ibi. Sol<sup>o</sup> ergo hō sensibili odore capif̄ neq; t̄ā mul  
tis est in odorādo sicut in ceteris stulticia: sed eo intolerabilior videt̄: q̄  
fere ad solā voluptatē odoriferis rebus fruimur: cū hīs carere possimus  
Peccāt tñ in hoc sensu sicut in ceteris duob<sup>o</sup> modis: aut illicite seu illicita  
adorādo aut curare vt alii illicite adorēt. Sicut aut̄ in ꝑncipio oñdīm<sup>o</sup> ꝑ  
toplasti etiā odorādo peccauere. Sūt ꝑterea i hac stulticia ꝑsę: indi & nō  
nulli romani q̄ neq; ad amicā neq; ad cenā sine vnguēto ꝑcedebāt. In  
hīs aut̄ regionib<sup>o</sup> q̄ vestib<sup>o</sup> aut corpori vt alliciāt hoies odores varios  
adhibēt. Quicq; i reb<sup>o</sup> odoriferis voluptatē nimīā captāt ita vt creaturis  
frui indecēter atq; illicite videant̄. Tales sunt impij q̄ dicūt Sap̄. ii. Veni  
te fruamur bonis q̄ sūt: & vtamur creatura tanq̄ in iuuētute celeriter vī  
no ꝑcioso & vnguētis nos impleam<sup>o</sup>: & nō ꝑtreat nos flos t̄pis. Coro  
nemus nos rosis añq̄ marcescāt: nullū pratu3 sit qd̄ nō ꝑtrāseat luxuria  
nr̄a & cetera. Hm̄ oī fatuos & fatuas aduocat nauarcha hoc celeusmate.

Celeusma olfactionis fatuæ.

Accelerate viri: suauī dum spiritus aura

Vos inuitat agros visere odoriferos

In quibus ambrosię redolentiā nascitur omnis


Mellistuu3 q; liquor nectarius q; fluit

Quicquid ab assyriis: & nigris quicquid ab indis

Veſtat ad augustas pharmacopola domos



Stultarū virginū scaphæ seu nauiculæ  
 Cinnoma quod spirant: quod olet cinireia myrrha  
 Et quod odor arabs: coriciūq; crocum:  
 Succina quod fragrant manibus tractata: quod omne  
 Vnguentum: & fracto fusa falerna cado:  
 Balsama quod spirant: redolent quod florea rura  
 Quod citrum & violæ purpureæq; rosæ  
 Hoc ager hic nullo producit sponte serente  
 Hocq; aduentantes indigetelq; beat.  
 Ergo citi nostram mortales scandite nauem:  
 Hoc vento optata cras potiemur humo.  
 Scapha gustationis stultæ.



D  
 E  
 re potest: a  
 obiectum  
 q; omnium  
 tem predic  
 etum. Indu  
 Hieronym  
 enis sunt v  
 quod Vir  
 namq; mo  
 clarabim  
 me forori  
 & filiarum  
 Primo pro  
 Tertio fili  
 rorum me  
 bonum p  
 curi dogm  
 rit egregi  
 vt testatu  
 finiuit co  
 lud lauda  
 cunizadi  
 & libent  
 gient spe  
 bituros se  
 Cum aud  
 pes hiebe  
 istius dor  
 aquam q



Stultarū virginū scaphæ seu nauiculæ

**D**E gustu iam ex Aulo gelio audiūimus q̄ est magis corporalis  
q̄ cæteri iam dicti sensus immo etiam magis necessarius ad con-  
seruationem naturæ: nullum enim animal gustu ac tactu care-  
re potest: aliter enim faciliter incurreret aut nutrimentum nociuū aut  
obiectum læsiuum. Vniuersalis est ergo in animantibus gustus: multo  
q̄ omnium vberima eius stulticia. Ideoq̄ tota philosophia sobrieta-  
tem prædicat. hinc illud tritum & vulgare sed non contemnendum di-  
ctum. Indulgere gulæ noli: quæ ventris amica est/ quia vt dicitur a diuo  
Hieronymo. Venter mero est tuans facile despumat in libidinez: vicina  
eniz sunt ventris & libidinis mēbra. Hinc est illud lepidum epigramma  
quod Virgilianuz dicitur. Nec veneris ne tu vini capieris amore. Vno  
namq̄ modo vina venusq̄ nocent. Quod in sequenti scapha latius de-  
clarabimus. Hinc etiam illud Ezechie. xvi. Ecce hæc fuit iniquitas sodo-  
mæ sororis tuæ superbia. saturitas panis & abundantia: & ocium ipsius  
& filiarum eius. Ad hanc igitur scapham pertinent innumerabiles.  
Primo protoplasti in gustu pomi veriti. Secundo Loth ebrius effectus  
Tertio filii israel in deserto ne manna quidem contenti. Quarto vt cetero-  
rum mentionem præteream: omnes qui in voluptate carnis summū  
bonum posuerunt vtpote quorum deus est venter eorum: qui ab epici-  
curi dogmate originem traxisse dicuntur: cum tamen ipse epicurus fue-  
rit egregius paupertatis frugalitatisq̄ amator holusculis contentus. nā  
vt testatur Aulus gelius. Voluptatem quam summum bonū dixit dif-  
finiuit corporis constantem habitum. Vnde Seneca in epistolis post il-  
lud laudabile epicuri verbum. Si vis pytoleam diuitem facere non pe-  
cuniæ adiiciendum: sed cupiditatibus detrahendum est. Probo inquit:  
& libentius epicuri egregia dicta commemoro: vt isti qui ad illa confu-  
gient spe mala inducti: qui velamentum ipsorum suorum vitiorum ha-  
bituros se existimant: probent quocunq̄ ierint honeste esse viuendum  
Cum audierint ista: audient istic hortulos: & inscriptum hortulis. Hos-  
pes hic bene manebis: hic summum bonum voluptas est. Paratus erit  
istius domicili custos: hospitalis: humanus: & te polenta excipiet/ &  
aquam quoq̄ large administrabit/ & dicet. Ec quid bene acceptus es?





Scapha gustationis fatuę ad nauę stultiferam peruehens.

Non irritant inquit isti hortuli famem: sed extingunt. nec maiorem ipsi  
portionibus sitim faciunt: sed naturali & gratuito remedio sedant. In  
hac voluptate consenui. de hiis tecum desiderijs loquor: quę consolationem  
non recipiunt: quibus dandum est aliquid vt deficient. Nam de  
illis extraordinarijs quę licet differre: licet castigare & opprimere: hoc  
vnum comonefaciam. Ista voluptas naturalis est non necessaria: huic  
nichil debes. Si quid impendis voluntarium est. Venter precepta non  
audit: postulat: appellat: non est molestus creditor: paruo dimittitur & ma-  
das illi quod debes non quod potes. Hec de illo seneca. Ex quibus con-  
stat ipsum sobrietatem amasse & precepisse: eius tamen sequaces volu-  
ptatem corporis secuti sunt. Vnde vt iam vidimus in superiori scapha  
philoxenus collum gruę a diis immortalibus sibi dari exoptauit / quo  
diuturnior esset ingurgitandi voluptas. Horatius etiam in epistolis at  
testatur epicureos se molliter curare dicens de se. Me pingues & nitidum  
bene curata cute vises: Quum ridere voles epicuri de grege porcum.  
Sunt autem modo infiniti pene eius generis porci: qui nichil somniant: ni-  
hil vigilant preter lauticias: quomodo obsonia parare faciant: quibus  
appetitum excitent: quorum insatiabilis gula. vnde Iuuenalis. Quanta  
est gula quę sibi totos ponit apros animal propter conuiuia natum. Ne-  
que vero tantummodo diuites in hac scapha sunt: sed plurimi pauperum  
qui quod sex diebus operando sudore multo conquisiuerint: septimo  
absument. Quinetiam sunt qui vt dicit iuuenalis: vna comedunt patri-  
monia mensa. Hos autem omnes vocat stulta gustatio hoc celestimate  
fere beroaldino dicens

Celestima gustationis fatuę.

Pigra gulę proceres: o sardanapalica proles:

Corpora de somno iam releuare decet.

Ecce vocant molles regna ad letissima venti

In quibus irritant fercula mille gulam.

Lucilli cenas sileat patinasque vitelli

Nec non antoni prandia prisca fides.

Fercula  
lactet  
Iam pat  
Et r  
Iam sua  
Que  
Nec me  
Van  
Omnia  
Qua  
Fercula  
Hic  
Hic  
Omni  
Iuppiter  
Dicer  
Ergo qu  
Ecce



Stultę gustationis scapha.

Fercula pontificum nemo: aut epulas saliorum

Iactet: & albas cęsariasq; dapes.

Iam patina ęsopi cedat: iam luxus apici

Et tholomeorum prodiga luxuries.

Iam sua campani taceant conuiuia: pœnus

Quę sensit pœnis perniciofa suis.

Nec medi iactent reges: siculiq; tyranni

Vana quęsitos ambitione cibos.

Omnia iam cedant conuiuia: prandia: cœnę:

Quę celebrant vates: fama q; cantat anus.

Fercula sunt regum: sunt hic tentacula diuum

Hic sapiunt nectar pocula & ambrosiam

Hic nitida: hic dubia est: hic est lautissima cęna

Omnibus absq; villo parta labore gulis.

Iuppiter huic epulo si forte vocatus adesset:

Diceret: in cęlistalia non habeo.

Ergo quid astatis stupidi: penetrare phaselum

Ecce aderunt horis regna beata tribus.

Sequitur scapha contactionis fatuę.





**Q**uintus & ultimus sensuum est tactus: omnibus animalib<sup>9</sup> cōmunis & per omnia fere membra diffusus: qui tanto periculo sior est quanto maior in eo voluptas. Extrema enī linea amoris in eo cōsumatur. Sunt autem secūdam donatum quinq; lineę amoris: quę hoc versiculo continentur. Visus colloquiū conuictus basia factum. Prima igitur linea amare est visu cōnuere: arridere: petos oculos iniicere & tacite consentire quę multis sine reliquis datur. Secunda facta potestate & inuenta opportunitate: colloqui: polliceri: blandiri: desideria animi aperire. Tertia: comessare compotare: & in secreto conuere. Quarta quę oritur ex talibus: est basia & lasciuia oscula dare. Quinta est coire. In prima potissimū peccat visus. In secūda auditus. In tertia gustus. In quarta olfactus. In qnta tactus. Sunt ergo cōcatenatę huiusmodi sensationes q̄ oēs ad venerem excitāt: & præcipue q̄ ad gustū spectat crapula: & ebrietas. vñ virgili<sup>9</sup> in epigrāmate qđ explanare pollicitussū

Nec ven  
Vno  
Vt ven  
Erte  
Mulro  
Arch  
Bellum  
Sep  
Perdid  
Et la  
Deniq  
Et p  
Compe  
Nec  
Vina si  
Seru  
veneris  
firis: &  
tris noci  
propre  
& lapir  
notiora  
plicem  
stulticia  
cū filia  
David  
sensu p



Stultarū virginū scaphæ seu nauiculæ

Nec veneris nectū vini capieris a more

Vno namq; modo vīna venusq; nocent.

Vt venus eneruat vires: sic copīa vīni

Et tentat gressus debilitatq; pedes.

Multos cecus amor cogit secreta fateri

Archanum demens detegit ebrietas.

Bellum sepe petit ferus exitiale cupido

Sepe manus itidem bacchus ad arma vocat.

Perdidit horrendo troīam venus improba bello

Et lapythas bello perdis iacche graui.

Deniq; cum mentes hominum furīarīt vterq;

Et pudor & probitas & metus omnis abest.

Compeditibus venerem vinclis constringe lyeum

Nete muneribus lēdat vterq; suis.

Vīna situm sedant: natis venus alma creandis

Seruit: finem horum transiuisse nocet. Hec ille. Quibus innuit  
veneris & vini vtilem immo necessarium esse vsu; vini ad restinzione;   
sitis: & veneris ad propagationem prolis: sed vtriusq; abusu; esse in mul-   
tis nociuum & magnę dulcordię ac cędis causam. Nam troīanū bellum   
propter venem quę suauit helenam rapi ortu; est: & troia destructa:   
& lapythę populi thessalię ebrii effecti a centauris interfecti sunt: cętera   
notiora puto q̄ quę declaranda sint. Neq; opus est vt multis verbis ex-   
plicem: quantus fuerit & sit veneris abusus & quanta illiciti contractus   
stulticia cum vix aliud aut legas aut videas. In hac scapha sunt filii dei q̄   
cū filiabus hoīm peccauerūt: filii israel q̄ ad filias moabitaru; eptulerūt   
Dauid: filii eius. Sodomitę & vīni eorū Quinadeo si oīa corpora hoc   
seniū polluta in nauim vnā congregentur nō est tam vastū mare vt ea

ciii



Scapha contactionis fatuę ad nauez stultiferam peruehens.

recipiat. hi c sunt qui susannam lucretiam & mille alias violare voluerūt  
& vt plinius dicit innumerabilibus modis/ & per singula membra hoc  
sensu peccamus. Quinadeo ipse Plinius libro. x. capite .lxxii. sic ait. Cate  
ris satietas in coitu: homini pene nulla. Messalina claudii cęsaris cōiunx  
regalem existimans palmam elegit in id certamen nobilissimam e prosti  
tutis ancillam mercenarię stipis: eamq; die ac nocte superauit quinto ac  
vigesimo concubitu. De qua Iuuenalis satyra sexta. Lassata viris nondū  
satiata recessit: quia ergo tantus est libidinis imperus in homine: finxe  
runt poetę etiam deorum adulteria: & secunduz Iuuenalę prima pecca  
ta fuerunt luxurię. Dicit em̄ eadem satyra. Viderunt primos argentea se  
cula moechos. Audiamus ergo sed non sequamur sequens celeusma.

Celeusma stultę contactionis.

**M**ollis adesto cohors: veneris gratissima cura  
Idalios lucos templaq; viso paphi

Alma venus teneram dabit illic cuiq; puellam

Atq; aduentanti basia melliflua.

Qualia lasciuo dedit oscula sepe tonanti

Dardanius phrygia raptus ab arce puer.

Qualia formosę veneri formosus adonis

Qualia pastori tyndaris iliaco

Qualia tęnarides tribuit puer oscula phœbo

Amphitronidę qualia pulcher hylas

Qualia purpureę quę conspicit omnia lunę

Latmius in somnis contulit endimion

Talia mille viris roseis dabit oscula labris

Cypria: vūginibus mille cupido dabit.

Post qu

Cont

Ergo vo

Quin

**H**

nihil ho

etiam de

duxerit

res (hab

libus co

quo con

antidot

nitus/in

nitendu

Jacobus

tum op

luminū

Atq; ill

ua in vi

sacrosan

strum d

mus. Er

tię. mūd

empluz

quover



Peroratio.

Post quę: dulcis erit placidissima linea amoris

Continuata modis infatigabilibus.

Ergo vocata meam petito mea cura phaselum

Quinq; etenim horis cypria regna dabo.

Iodoci Badii Ascensiu a fructifera nauí ad quam  
per carnis illecebras appellimur auocatio.

**H**Acile cuius promptumq; est stultarum sensationū illecebras  
verbis (vt satyricus inqt) herculis inuadere: inq; turpes mores  
acrius despere: ac voluptatem beluinam detestari: quippe q̄  
nihil honore dignum habent: sed nescio quę sit huius pestis inescatio: q̄  
etiam detestantes in fraudem illicere illectosq; irretire solet. Proinde con  
duxerit atq; vtile fuerit forsan etiāz scientes / & (quod potius est) memo  
res (habet enim vim suam alieni oris obiurgatio) monuisse vt istis mol  
libus corporum palpirationibus atq; imperiginibus / non dico frenuz  
quo contineantur aut cohibeantur / cum id difficillimum sit / ponant s;.  
antidotum quo penitus arceantur: aut rastros quibus eradicentur pe  
nitus / iniiciant. Ad quam rem cum difficillima sit duplici vñobis con  
nitendum est diuina videlicet atq; humana. Diuina quidem ea de qua  
Iacobus apostolus canonicę epistolę suę ca. i. attestatur quia O mne da  
rum optimū & omne donum perfectū / defursum est descendens a p̄e  
luminū. abs quo cū satyrico orandū est vt sit mens sana in corpore sano  
Atq; illud dauidicū. Cor mundū crea in me deus: & spirituz reatū inno  
ua in viscerib⁹ meis: Libera me de sanguinib⁹ deus de⁹ salutis meę. Et qđ  
sacrosancta canit ecclesia. Vreigne s̄cti spiritus renes nostros & cor no  
strum dñe: vt tibi casto corpore seruiamus & mundo corpore placea  
mus. Et sexcenta id genus alia. Sumendū p̄terea est castitatis. cōtinen  
tię. mūdicię tā aię q̄ corporis. ad hoc omnis honestatis & probitatis ex  
empluz a sole institū & virginei partus. ple chri to iesu dño nostro: de  
quo vere dicitur: q̄a peccatū nō habuit nec inuentus est dol⁹ in ore eius.



A Stultorum sensuum scaphis dehortatio.

Humana vero qua visu oblectantium viscosis illectionibus: auditu de  
mulcentiū penetratiuis irreptionibus: olfactu tentantium attractiuis tē  
tiginibus: gustu inescantium delicatis liguritionibus: & tactu palpitan  
tium molliculis pruriginibus: ne illaqueamur neue rumpamur obitcem  
ponemus. is autem præcipuus est otii & cessationis euitatio: labor/cu  
ra /solllicitudo/parsimonia/sobrietas/vestitus simplicitas citra immun  
diciam: atq; id genus alia que iuuenalis satyra. vi. docet luxurię ex pul  
tricia & castitatis conseruatiua his verbis.

Præstabat castas humilis fortuna latinas

Quondam nec vitis contingi parua sinebat

Tecta labor: somniq; breues / & vellere tusco

Vexatę / dureq; manus / ac proximus vrbi

Hannibal: & stantes collina in rurre mariti.

Nunc patimur longę pacis mala: sequior armis

Luxuria incubuit: victumq; vlcisitur orbem.

Nullum crimen abest: facinusq; libidinis / ex quo

Paupertas romana perit. Hec ille. Ad que q̄ plurima & sacrarum &  
ethnicarum litterarum testimonia accedere possent: inq; voluptatum  
detestationem illud horatianū. Sperne voluptatum nocet empta dolo  
re voluptas. Nulla enim est carnalium voluptatum quam non & mise  
ra indigentia præcesserit: & amara poenitentia sequatur. Nulla siquide  
est in cibis voluptas nisi famēti qui nisi mensuram seruauerit & se opple  
uerit presentes poenas dabit inflationibus & futuras multis egritudini  
bus: que res de coitu quoq; post que omnis anima contristatur: deq;  
cæteris sensationum importunis aut nimis effectibus declarari posset:  
sed ne in manifestis laborem: & vt nostris versiculis opusculum claudā  
hos habero.

Io  
sen

**D**  
Q̄ sub  
In sperat  
Iudicis h  
Premia  
Nec sem  
Aut dif  
Peccand  
Heu fat  
Delira  
Tentam  
Aeterno  
O curu  
Quid iu  
Quid fu  
Quid fu  
Intertex  
Condit  
Forma  
Ah flux  
Quid ci



Stultarū virginū scaphæ seu nauiculæ  
Iodoci Badii Ascensii a voluptatum illecebris stultorumq;  
sensuum oblectamentis dehortatio.

**D**iscite mortales egri/ quibus anxia cordi est  
Vita/ sedetq; malis multis innixa voluptas

Q; subito & furtim veniat noua regna petendi

In sperata dies: qua cogimur ora tueri

Iudicis horrendi/ mentis condigna daturi

Premia pro factis: abs quo nec prouocat vllus

Nec semel appense mutare examina libræ

Aut differre valet: siquidem tunc clausa merendi

Peccandi; via est & stat sententia semper.

Heu fatuas linguas/ dementia pectora/ stultas

Delirasc; manus: que propter pauca caduci

Tentamenta boni/ cęlestem perditis aulam

Aeternoq; bono p̄fertis dulcia vitę.

O curę in terras animę: & cęlestium inanes

Quid iuuat illecebris mentes inuoluere carnis

Quid fugitiua iuuant fallacis gaudia sensus

Quid fucatus honos/ quid adultera forma: quid auro

Intertexta chlamys: quid cyclas choa/ quid aule

Conditio attalicę: quid veri vera propinat

Forma boni: formosa venus: venerisc; sodales

Ah fluxa incautas captant dulcedine mentes.

Quid cirharę crepitus: quid mollis risus/ & oris



A Stultorum sensuum scaphis dehortatio.

Carmína lascíui/quid verba salesq; iuuabunt  
Quí strepitu horrífico sub tartara dira trahentur?  
Quid iuuat vnguenti precíosi spírítus illum  
Cuius tetra putri commíssa cadauera terre  
Ad graue sulphurei miserunt vírus auerni:  
Ah nunq̄ redíturam animam nec odore iuuandam:  
Quíd gula dulce parit:que mentem effoemínat/atq;  
Corporis eneruat víres/& ventris obesi  
Dirum pondus habet:quíd tantale/quíd reprobate  
Diues ín inferno/mensarum gloria prodest:  
Ah miser a labris fugientía flumína captas  
Tantale/tu guttam non exorauerís vnq̄  
Dulcís aque precibus lachrymísq; o Iurco prophantis  
Quíd pecuína lues/tactus prurigo nefandi  
Quíd venerís plausus/lascíua quíd oscula profunt  
Quos eterna premunt díris tormenta flagellis  
Quosq; cremat iugis flammis crepítantibus ignís?  
Ah nímis id verum est non posse ad gaudía quemq̄  
Per iocundavehí. strícta est que ducít ad aulam  
semíta cęlestem:quo nos perducere cunctos  
Dignetur:proprio qui callem sanguíne prímus  
Imbuit:& regni patefecít clausa paterni  
Atria:pręsancta natus de vírgine christus  
Amen. Finís.

Hæc  
lore ex v  
pererit. N  
tione p  
q; forma  
optime:  
mitti po  
subscrip

I  
Am



Peroratio.

Hæc sunt q̄ ad nauim stultiferã accedere posse putauit: q̄q̄ subito calore ex variis collegi: ne forte qs furti accuset: si aliorũ fragmenta hic cõpererit. Nullũ eñ est dictũ quod non dictũ prius. Præterea hæc ea intentione p̄scripsi: vt in vernaculã gallis linguã verteretur: si tñ sub hac quoq̄ forma imprimẽda putabis nõ dãnauero sententiã tuaz Angelberte optimẽ: verũ optauro vt ad limaz nostrã remittant vt castigatiora emitti possent: verũ qa tibi deditũ hoc qcquid est muneris: vt cũq̄ feceris subscripsero Vale. Ex lugduno áno. M. cccc. xcviij. q̄rto id<sup>9</sup> septẽbris.



Impressit vñ primum exciderat: Thielmannus keruer  
Anno hoc iubileo ad. xii. kalendas martias.







Joh. Caspary in p[ro]m[iss]is, T[er]to signa  
mea inveni h[ic] apponit[ur] Acta Dom. 1706  
Die sabbat[um] m[en]s[is]...

*[Faint, mostly illegible handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.]*

Jacobus  
Larib[us] p[ro]nat[ur] Jacobus  
p[ro]nat[ur]



